

qd̄ eē in ipso diuine iure nature. non quasi liberalitatis
gratia. quod de eē. Et ideo quia sic acquirit filius
populos ut pater. sicut uiuificat filius ut pater. aequa
litate suam ad patrem unitate potestatis ex
pressit dicens. ego & pater unum sumus. Cum enī
dicit ego & pater. reuelatur aequalitas; Cum di
cit unum sumus. unitas declaratur; Aequalitas
confusionē excludit. unitas separationem; Ae
qualitas patrem filiumq. distinguit. unitas pa
trem filiumq. non separat; Ergo cum dicit ego & pa
ter. sabellianum repellit. quia alium se. alium
patrem dixit; Repellit fortunianum. quia se cū
dō patre iunxit; Illos in superiorib. repellit.
quia dixit. ego & pater. in inferiorib. arrianos.
quia dicit unum sumus; Tamen & in superiori
bus & inferioribus. hereticam iugulat prau
tatem; Sabellianorum. quia unum dixit sum.
non unum sum; Arrianorum. quia ego & pater.
non pater & ego dixit; quod utiq. non contu
matie sed pietatis & p̄scientie fuit. nenos er
rorem in ordine putaremus; nescit enim.